⟨1457, Mitte Dezember⟩.[1]) **Nr. 5419**

Hz. Sigismund appelliert vor einem öffentlichen Notar an den besser zu unterrichtenden Papst gegen drohende Verhängung des Interdikts und anderer Kirchenstrafen, die in einer päpstlichen Bulle enthalten seien. Diese Bulle sei aufgrund ungerechtfertigter Anschuldigungen seitens des NvK und ohne Anhörung des Herzogs ergangen. Er befürchte, dass eine Verhängung der kirchlichen Zensuren Widerstand und Ungehorsam gegen die römische Kirche hervorrufen werde, zumal NvK in der Vergangenheit die Kirchenstrafen häufig in leichtfertiger und missbräuchlicher Weise eingesetzt habe.

Kopie (gleichzeitig): Bozen, *StA, Regestum Cusanum (ehemals* Innsbruck, *TLA, Cod. 5672) p. 15 (= R); (ca. 1460): ebd., Codex Handlung (ehemals* Innsbruck, *TLA, Cod. 5911) f.* 43^{v}-45^{v} *(=* H^{2}*); (J. Resch, 18. Jh.):* Brixen, *Priesterseminar, Ms. D 11 p. 125f. (Abschrift von Regestum Cusanum).*

Regest: Jäger, Regesten I 311 Nr. 148 und 313 Nr. 166.

Erw.: Sinnacher, Beyträge VI 452f.; Jäger, Streit I 259f.; Voigt, Enea Silvio III 334; Pastor, Geschichte der Päpste ^{13}*II 142f.; Joachimsohn, Gregor Heimburg 175; Vansteenberghe, Cardinal 182; Sparber, Vom Wirken 366; Boockmann, Laurentius Blumenau 165; Posch, Kampf um Kirchenreform, CGS 236; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 366, 370, 445; Baum, Sigmund der Münzreiche 181; Becker, Appellation 166; Becker, Streit der Juristen 89; Watanabe, Duke Sigismund and Gregor Heimburg 287; Pavlac, Curse of Cusanus 209; Watanabe, Companion 144.*

Cum provocacionis appellacionisque remedia ab utriusque iuris sanccionibus salubriter sint adinventa, hinc est, quod nos Sigmundus dei gracia dux Austrie, Stirie, Charinthie et Carniole comesque Tyrolis etc. maturo et deliberato consilio animo et intencione provocandi et appellandi coram te, Johanne Theodrici de Kůnigshoven, notario publico, et testibus presentibus proponimus et dicimus, quod ad nos multipliciter pervenit, quomodo ex parte accionum et causarum, quas reverendissimus in Christo pater et dominus, dominus Nicolaus tituli sancti Petri ad vincula presbiter cardinalis, episcopus Brixinensis, erga nos habere pretendit et desuper bullas interdictum et alias penas ecclesiasticas in se continentes et ob has causas a sanctissimo domino nostro, domino Calisto papa tercio emanaverunt.[3]) Cum autem huiusmodi acciones numquam ad nos pervenerunt et occasione earundem numquam evocati vel citati et ita contra ordinem iuris gravati sumus, arbitrantes et sine dubio credentes, quod huiusmodi bulle et littere emanaverunt per indebitam et sinistram informacionem et delacionem sanctissimo domino nostro factas, et si veritas omnium sanctitati sue innotuisset, huiusmodi bulle et littere numquam emanassent aut fuissent obtente, et si huiusmodi interdictum, censure et pene in nostris dominiis et iurisdiccionibus ponerentur et publicarentur, donec evocati et auditi essemus, ut iusticia postulat, hoc posset in censurarum vilipendium cedi et Romane sedi inobedienciam parere eciam nobis et nostris dominiis et hominibus preiudicium et gravamen tendere; sed quia censuras et penas spirituales semper in timore et debita reverencia omni tempore habuimus, huiusmodi vilipendium, inobedienciam, preiudicium et gravamen intercipere volentes recursum ad sanctissimum dominum nostrum, dominum Calistum divina providencia papam tercium et eius apostolicam sedem habemus pro nobis et nostris dominiis et iurisdiccionibus ad sanctitatem suam melius et verius informandam; a dictis gravaminibus et quibuscumque aliis quomodolibet illatis et inferendis et ex eisdem colligibilibus pro nobis, nobis adherentibus vel adherere volentibus ecclesiasticis et secularibus in hiis scriptis provocamus et appellamus, et ita pretendimus huiusmodi interdictum, censuras et penas minime observare[4]), sed volumus omni tempore stare iuri, uti decet.

Et protestamur, quod huiusmodi nostram provocacionem sew appellacionem non in contemptum sedis apostolice aut Romane ecclesie seu ecclesiastice discipline interposuimus, sed pro neccessitate et utilitate nostrorum domin⟨i⟩orum et subiectorum et pro ecclesie Romane obediencia conservanda, quia verisimiliter timemus, quod huiusmodi interdictum, censure et pene, que, si per dictum dominum cardinalem contingerent publicari, magis quam, si per alium publicarentur, contempni contingeret, attento quod idem dominus cardinalis multipliciter interdictum, censuras et penas preter iuris ordinem et sine cause cognicione, eciam contra decreta sacrorum conciliorum et canonum, pro levissimis eciam causis fulminavit et eisdem censuris abusus est, uti temporibus et locis producere sciemus.[5]) Et petimus apostolos primo, secundo et tercio ac instanter, instancius et instantissime, si quis sit, qui nobis dare possit vel

---

10 gravati sumus: *a.R. korr. aus* gravatissimus *R.* 14 auditi: *korr. aus* audite *R.* 15 cedi: *ü.d.Z. R*; cedere *H.* 26 obediencia: *em.* obedientiam *R.* 27 si: *ü.d.Z.* 29 sine: *ü.d.Z.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

velit. Et a te, notario publico, petimus litteras testimoniales. Protestamurque, quod hanc nostram provocacionem sew appellacionem insinuare et prosequi attendimus tempore et loco congruis et oportunis, requirentes te notarium publicum, ut nobis super huiusmodi nostra appellacione unum vel plura conficias instrumentum vel instrumenta tot, quot fuerint neccessaria. Protestamurque de omnibus et singulis premissis salvo iure addendi, mutandi, minuendi et corrigendi aliam vel alias provocacionem vel provocaciones, appellacionem sew appellaciones interponendi, prout est moris et stili.

---

1) *Das in der Forschung durchgängig angegebene Datum „1. November 1457" geht auf Jäger, Streit I 259f., zurück, der diese Datierung nicht näher begründete. Sie dürfte auf der in* Nr. 5386 *angeführten Notiz in* Bozen, *StA, Codex Handlung (ehemals* Innsbruck, *TLA, Cod. 5911) f. 13r basieren. Der Verfasser des Codex Handlung kannte jedoch das Datum der Bulle* Nr. 5397 *nicht und nahm irrtümlich an, sie sei bereits Anfang November 1457 in Tirol eingetroffen. In Wirklichkeit brach ihr Überbringer, der Franziskaner Heinrich Collis, erst nach dem 17. bzw. 19. November von Rom auf und wurde etwa Mitte Dezember in Bozen abgefangen (s.o.* Nr. 5386 *Anm. 1). Damals dürfte Hz. Sigismund von der Bulle erfahren und sich vorsorglich zur Appellation entschlossen haben. In diesem Sinne bemerkte NvK in einer eigenhändigen Streitschrift ca. 1460:* E die bulle uns wrden sie, hait hirczog Sigmund da von gewijst und zu eym zukunftigen gemeyne concilio ader zu dem stuel zu Rome appelliert *(*Innsbruck, *TLA, Sigm. IX 62 f. 268rv Nr. 176). Auf die Appellation wurde im Laufe des Streits nicht weiter Bezug genommen. Sie fehlt auch in der Aktensammlung des NvK Cod. Cus. 221. In einer Zusammenfassung des Streits aus der herzoglichen Kanzlei, die nach August 1460 erstellt wurde, ist nur von einer (zweiten) Appellation vom 6. Februar 1458 (s.u.* Nr. 5489*) die Rede;* Bozen, *StA, Codex Handlung (ehemals* Innsbruck, *TLA, Cod. 5911) f. 471r Nr. 6 und 7; s. künftig AC III 2.*

2) *Eingeleitet mit:* Item d. dux interposuerat quandam aliam appellacionem, sed nescitur dies, qua fuit interposita; id posset in curia d. ducis Stiri, sed tenor talis fuit. *Auf f. 45v folgt die Notiz:* Item clerus sub d. duce adhesit uni ex appellacionibus suprascriptis *(nämlich* Nr. 5419 *und* 5489*)* per d. ducem factis et subscripserunt se. *Zur Hs. s.o.* Nr. 5265 *Anm. 1.*

3) *S.o.* Nr. 5397.

4) *Dies war kanonistisch zulässig, denn eine vor Verhängung des Interdikts eingelegte Appellation sisitierte dessen Wirkung; s. X 2.28.37 und 55, ed. Friedberg II 422 und 433-435. Da die Bulle* Nr. 5397 *wiederum die Verhängung des Interdikts von der Publikation der Bulle abhängig machte, um NvK die Möglichkeit zu geben, die Bulle als Druckmittel unpubliziert zurückzuhalten, war die Appellation also geeignet, die Wirkung des Interdikts zu suspendieren.*

5) *Eine Übersicht über die Praxis der Verhängung des Interdikts durch NvK findet sich jetzt bei Woelki, Cusanus und das Interdikt.*

»Acta Cusana« Band II Lieferung 6 (978-3-7873-3850-4), Felix Meiner Verlag, Hamburg 2020.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.